



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 52. Maria Regina Londinum solemni pompa ingressa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

**Sæcul. XVI.** tribus filiis suis ad Turrim abducitur,  
**A.C. 1553.** ubi per plateas transeuntem populus  
 probris, & convitiis insectatur, eumque paricidam, & innocentissimi Regis carnificem appellitat. Referunt nonnulli, quod quædam mulier Northumbrio, cum per urbem ad carcerem deducendus transiret, sudarium Sommersetii Ducis sanguine tinctum exhibuerit, eique exprobraverit, quod ipse hujus cruxi injuste effusi Auctor existiterit. Postera die Suffolciæ Dux, Joanna Grae eius Filia, Ridlaeus Londinensis Episcopus, & Joannes Checus, qui defunctum Regem literis imbuebat, capiuntur, præter ceteros omnes, qui Northumbriæ Duci arctiori amicitiae vinculo obstricti erant. Hi una omnes die vigesima septima, & octava Julii carceri mancipantur, tertio autem post die Suffolciæ Dux libertati reddebat, præstata tamen cautione, quod ad primum Mariæ Reginæ mandatum carcerem repetere velit.

§. LII.

*Maria Reginæ Londinum solemni pompa ingressa.*

*Thudn. t. e.*

*Burnet*

*p. 360.*

*Sleid. p. 928.*

Cum Elisabetha, quæ extra urbem diversabatur, Mariam sororem suam in Reginam fuisse salutatam intelligeret, remque suam agi cerneret, die vigesima nona

nona Julii ultro eidem unacum pluri-  
bus Matronis Nobilibus obviam proces-  
sit, stipata mille ferme Equitibus, qui  
utriusque fororis jura defensuri adsta-  
bant. Adventantem Maria Regina per-  
benigne exceptit, ac die prima Aprilis,  
cum duabus ferme leucis ab urbe Lon-  
dinensi consedisset, dimisso magna ex  
parte exercitu die tertia ejusdem Men-  
sis urbem ingressa est, comitantibus eam  
Procerum quamplurimis. Dein Tur-  
rim recta petenti Thomas Howardus,  
Cortinæus, Sommerseti nuper capito-  
plexi Vidua, Cudbertus Tunstallus Du-  
nelhemensis, & Stephanus Gardinerus  
Viacomiensis Episcopi occurrunt, flexis  
genibus Reginæ clementiam exorantes.  
Perorabat horum omnium nomine Via-  
comiensis Episcopus, non sine prospero  
succesu; quippe una omnes petita, at-  
que impetrata delicti venia libertati re-  
stituti fuere: quin imo Cortinæus mox  
Devoniæ Comes a Regina creatus ma-  
guo in honore apud ipsam fuit: Viaco-  
miensis vero Episcopus Cancellarii digni-  
tatem ab eadem consequebatur, quam-  
vis olim divortii sententiæ contra Catha-  
rinam Mariæ Matrem latæ subscripsisset,  
editisque libris Henrici VIII. caussam  
propugnasset. Denique Regina, post-  
quam ad septimam usque Augusti diem  
in Turre commorata esset, tandem Ri-

cemo-

Qq 4



Sæcul. XVI. cemontium ad regium Palatum duabus  
A.C. 1553 leucis ab urbe dissitum secundo flumi-  
 ne devehitur.

## §. LIII.

*Reginæ conatus pro restauranda Re-  
 ligione Catholica.*

Cum Reginæ veram Religionem in suo  
 regno restaurare decrevisset, hinc  
 Cardinalem Polum tanquam Sedis Apo-  
 stolicæ Legatum accersere statuit, ut  
 ejus opera Angliæ Regnum ad summi  
 Pontificis obsequium revocaretur. Ve-  
 rum Gardinerus Viacomensis Episcopus,  
 qui Vir summa rerum experientia insi-  
 gnis celebrabatur, huic consilio adver-  
 fabatur, ratus, spuriam reformationem  
 eodem, quo fuit invecta, prorsus modo,  
 seu gradatim esse evertendam, hancque  
 in rem sufficere censembat, ut præprimis  
 Religio Catholica ad eam, quæ subHen-  
 rici VII. obitu servabatur, normam re-  
 duceretur. Hoc consilium Gardineri re-  
 bus percommode erat; verebatur enim,  
 ne Polo in Angliam redeunte ipse Re-  
 ginæ benevolentia excluderetur, unde  
 ipsius adventum præpediturus datis li-  
 teris Cæsarem rogabat, ut Reginam hor-  
 taretur, ne rem præcipiti nimis confu-  
 lio urgeret, timendum enim, ne Cat-  
 dinalis Poli præsentia piis ejusdem co-  
 natibus, quos per ipsius operam matu-

rare